desponsatam uiro cui nomen erat ioseph.
Aptum profecto humanae restaura
tionis principium erat ut angelus a deo
mitteretur ad uirginem partu
consecrandam diuino quia pri
ma perditionis humanae fuit cau
sa cum serpens a diabolo mitteba
tur ad mulierem spiritu superbiae
decipiendam. Immo ipse in ser
pente diabolus ueniebat qui ge
nus humanum deceptis parentibus
primis inmortalitatis gloria nu
daret. Quia ergo mors intrauit
per feminam apte redit et uita per
feminam. Illa a diabolo seducta
per serpentem uiro gustum mortis
obtulit. Haec edocta a deo per
angelum mundo auctorem salu
tis edidit. Missus est ergo angelus
gabrihel a deo. Bene autem le
gimus quia apparentes homi
nibus angeli designantur ex no
mine. Verum quotiens aliquid fit,
[illegible] fit ut etiam nomine ip
so quod ministraturi [illegible] in
sinuant. Gabrihel namque forti
tudo dei dicitur. [illegible] tali nomi
ne praefulget qui nasciturum
in carne deum testimonium perhibebat,

de quo propheta in psalmo
dominus fortis et potens, dominus
potens in proelio. Illo nimirum
proelio quo potestates aereas de
bellare et ab earum tyranni
de mundum ueniebat eripe
re. Ad uirginem desponsa
tam uiro cui nomen erat io
seph de domo dauid et nomen
uirginis maria. Quod dici
tur de domo dauid non tan
tum ad ioseph sed etiam per
tinet ad mariam. Legis namque
erat praeceptum ut de sua quisque
tribu ac familia duceret
uxorem. Apostolo quoque attes
tante qui ad timotheum scribens
Memor esto igitur dominum iesum
christum resurrexisse a mortuis ex se
mine dauid secundum euangelium
meum. Ideo enim uere dominus
ex semine dauid ortus est quia
incorrupta eius genitrix ueram
de stirpe dauid originem
duxit. Curauit autem ipse non
de simplici uirgine sed de despon
sata uiro concipi et nasci uol
uit. Plurimae [illegible] ratio
nabiles causae proferuntur

Secundum lucam. In illo tempore. Missus est angelus gabriel a deo in ciuitatem galilee cui nomen nazareth ad uirginem desponsatam uiro cui nomen erat ioseph de domo dauid et nomen uirginis maria. et reliqua. Exordium nostrae reparationis fratres karissimi hodierna nobis sancti euangelii lectio commendat que angelum de celis a deo missum narrat ad uirginem ut nouam in carne natiuitatem filii dei praediceret. per quam nos abiecta uetustate noxia renouari atque inter filios dei computari possimus. Ut ergo ad promisse salutis mereamur dona peruenire primordium eius intenta [illegible] Missus est inquit angelus gabriel a deo in ciuitatem galilee cui nomen nazareth ad uirginem desponsatam [illegible]

[...] quibus p[...]imae neue lite stu
p[...]ra lampnaretur· sui suum
non habens filium procrearet·
[...]ille ut in his &iam que domus
[...]ecura naturaliter exigebat
puer pera solatio sustentaretur
humili· Oportebat ergo beatā
mariam habere uirum qui
[...] integritatis eius certus
[...] & natum ex ea dn̄m ac salua
[...] esset nutritor eius fidelissi
mus· & pro eo par uulo secundū
legem hostias ad templum deffer
ret· & cum instante persecuti
onis articulo in egiptū cū ma
tre ferret ac referret· Aliaq·
illi per plura que adsumpte hu
manitatis fragilitas poscebat ne
cessaria ministraret· Nec mul
tum obfuit si quis illum ad tem
pus eius filium credidit· cum
predicantib· apostolis post as
censionem eius cunctis palam
credentibus quod deus [...]ginen
tus eet patuerit· Nec pretere
undum quod beatae genitrice
[...] precipuis & iam nomi
[...] testimoniū reddit· Inter
[...] enim stella maris &

ipsa quasi sidus eximium inter fluc
tus s[ae]c[u]li labentis grā priuilegii specia
lis refulsit· Ingressus autem angelus
ad eam dixit· Aue grā plena dn̄s tecū·
benedicta tu in mulieribus· [...] que sa
lutatio· quantum humane consuetu
dini inaudita· tantum ē beate ma
rie dignitati congrua· Vere enim
gratia erat plena cui diuino mu[...]
nere conlatum ē ut prima inter fe
minas· gloriosissimum dō uirgini
tatis munus offerret· Unde iure an
gelico aspectu simul & adfatu meruit
perfrui· que angelicam studuit
uitam imitari· Vere grā erat plena·
cui ipsum per quem grā & ueritas fac
ta est· ihm xpm generare donatū ē·
Et ideo uere dn̄s cū illa erat· quam
& prius nouo castitatis amore· a ter
renis ad celestia desideranda sustu
lit· Et post modum mediante
humana natura· omni plenitudine
diuinitatis consecrauit· Vere be
nedicta in mulieres· que sine exem
plo muliebris conditionis cum de
core uirginitatis gauisa ē honore
parentis· Quodq· uirginem ma
trem decebat· dm̄ filium procre
auit· Que post quam more humane

fragilitatis. et uisione angelica et in
solitae salutatione turbata mox idem
angelus eam repetito sermone ne ti
meat hortatur. Quodque maxime
timorem repellere consueuit. quasi be
ne cognitam ac domesticam proprio
eam nomine uocat. Et qua re gratia ple
na diceretur diligenter edocet. Ne
timeas inquid maria inuenisti enim gratiam
apud deum. Ecce concipies in utero et
paries filium. et uocabis nomen eius
ihm. Hic erit magnus. et filius al
tissimi uocabitur. Notandus soler
ter ordo uerborum. et tanto artius
est cordi inserendus. Quanto mani
feste patet. quia in his tota redemp
tionis nostrae summa consistit. Nam
manifestissime dnm ihm idem salua
torem nostrum et uerum dei patris. et
uerum hominis matris filium predi
cant. Ecce inquid concipies in ute
ro et paries filium. Agnosce uerum
hunc hominem. ueram de carne uir
ginis adsumpsisse substantiam car
nis. Hic erit magnus et filius altis
simi uocabitur. Confitere eundem
etiam dnm uerum de deo uero
et aeterno patri filium semper
esse coaeternum. Quod autem in futu
ro tempore dicitur. Hic erit
magnus et filius altissimi uoca
bitur. nemo ita intellegendum
putet. Quod dns xps ante par
tum uirginis non fuerit. sed ita
hoc potius dictum intellegamus.
quia potentiam diuinae maies
tatis quam dei filius aeternaliter
habuit. hanc idem homo natus
ex tempore acceperit. ut una
in duabus naturis persona esset
mediatoris ac redemptoris nostri.
Et dabit illi dns ds sedem dauid
patris eius. Sedem dauid re
gnum dicitur israhelicae plebis.
quod suo tempore dauid iuben
te pariter et iuuante dno fide
li deuotione gubernauit.
Dedit ergo dns redemptori nostro
sedem dauid patris eius. quan
do hunc de genere dauid incar
nari disposuit. ut populum
quem dauid temporali impe
rio rexit. ipse gratia spiritali ad
aeternum proueheret regnum.
De quo apostolus ait. Qui eruit nos
de potestate tenebrarum et
transtulit in regnum filii carita
tis suae. Hinc est quod idem populus

diuino admonitus instinctu
quum passurus ille hierosoli
mam properaret · in eius lau
dem gaudens decantabat ·
Benedictus qui uenit in nomi
ne dñi rex israhel · Et iuxta
alium euuangelistam · Be
nedictum · quod uenit regnū
patris nr̄i dauid · Aderat enī
tempus quo de redempto per
eius sanguinem mundo rex
agnosceretur · non solum dom
dauid · sed & totius ęcclę immo
omnium conditor & rector
seculorum · Unde recte ange
lus postquam dixit · Et dabit
illi dns sedem dauid patris ei ·
Continuo subiunxit · Et regna
bit in domo iacob in ęternum ·
Domū namq; iacob ęcclam di
cit uniuersam quę p fidem
& confessionem xp̄i ad patri
archarum pertinet sortem ·
siue in his qui de patriarcharū
stirpe carnis originem duxe
runt · siue in illis qui de alis
nationibus carnaliter editi ·
spiritali lauacro sunt in xp̄o
renati · in qua uidelicet domo ·
regnabit in ęternum · & regni ei
non erit finis · Regnat quippe in
ea in presenti uita · qui in electo
rum corda per fidem & dilectionē
suam inhabitans regit atq; ad per
cipienda superne retributionis
dona continua protectione guber
nat · Regnat in futura · qui in eos
dem finito statu temporalis exilii ·
ad habitationem patrie celestis in
troducit · in qua presentia eius uisio
ne semper admoniti · nil aliud
agere · quam eius uacare laudibus
gaudent · Dixit autem maria
ad angelum · quomodo fiet istud
qm̄ uirum non cognosco · Quomo
do inquit fieri potest · ut concipi
am pariamq; filiū · quę in castimo
nia uirginitatis uitam consūma
re disposui · Non autem quasi in
credula uerbis angeli · quomodo
hec impleri ualeant requirit · sed
certa quia oportebat impleri ·
quod & tunc ab angelo audiebat ·
& prius a propheta dictum legerat ·
Quo ordine complendū
sit interrogat · quia uidelicet
& propheta qui hoc futurum
predixit · quomodo fieri